Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Ingemuit autem: non quia ipsi opus esset cum gemitu aliquid petere a patre qui cuncta petentibus donat cum patre, sed ut nobis gemendi daret exemplum cum vel pro nostris erratibus vel pro nostris erroribus primorum superne pietatis presidia invocamus. **Crisostomus**. Simul et ingemuit: nimirum causam suscipiens in se ipso, et nature misertus humane in deus miseriam in quam humanum genus inciderat. **Beda**. Quod autem ait: Effeta, id est adaperire, ad aures proprie pertinet. Aures enim ad audiendum aperiende, lingua vero ut loqui posset a retinaculis erat sue tarditatis solvenda. Unde sequitur: *Et statim aperte sunt aures eius, et solutum est vinculum lingue eius et loquebatur recte.* Ubi utraque natura unius et eiusdem Christi manifeste distincta est. Suspiciens enim in celum quasi homo deum precatur, ingemuit, sed mox uno sermone quasi potens divina maiestate curavit. Sequitur: *Et precepit eis ne cui dicerent.* **Jeronimus**. Per quod nos in virtutibus gloriandum esse docuit sed in cruce et humiliatione. **Crisostomus**. Precepit et miraculum occultare, ne ante tempus accenderet iudeos ad homicidium pro invidiam perpetrandum. **Jeronimus**. Civitas autem in monte posita undique circumspecta abscondi non potest, et humilitas semper precedit gloriam. Unde sequitur: *Quanto autem eis precipiebat, tanto magis plus predicabant.* **Theophilus**. Docemur autem ex hoc cum aliquibus beneficia clargimur, nequaquam applausus et laudes appetere. Cum vero accipimus beneficia, benefactores predicare et laudare quamvis noluerint. **Augustinus**. Si autem faciebat eos sicut ille qui novitas habebat et presentes et futuras hominum voluntates, tanto magis predicaturos, quanto magis ne predicarent eis precipiebat, ut quid hoc precipiebat, nisi quia pigris volebat ostendere quanto studiosius quanto ferventius eum predicare debeant quibus iubet ut predicent, qui non iubentur nec tacere non poterant. **Glossa**. Ex predicatione autem salvatoris, et ex beneficiis crescebat admirationis turbarum, et confessio beneficiorum Christi. Unde sequitur: *Et eo amplius admirabantur dicentes: Bene omnia fecit, et surdos fecit audire et mutos loqui.* **Jeronimus**. Tyrus autem tyrus interpretatur angustia, et significat iudeam, cui dominus dicit: Coangustatum est stratum; unde se convertit ad gentes alias. Sydon venatio interpretatur, fera enim indomita nostra natio est; mare quod fluctuosa volubilitas est. Inter medios autem fines decapoleos, quod interpretatur decalogi mandata, salvator ad salvandas gentes venit. Genus autem humanum per multa membra quasi unus homo varia peste absumptus enutatur. In protoplasto cecatur dum male videt, surdus fit cum audit, obmutescit dum loquitur. Deprecantur autem eum ut imponat ei manum, quia incarnatum fore dominum et multi iusti et patriarche cupiebant et optabant. **Beda**. Vel surdus et mutus est qui nec aures habet audiendi verba dei, nec os aperit proloquendis. Quales necesse est ut hi qui loqui iam et audire divina eloquia didicerunt domino sanandos offerant. **Jeronimus**. Semper autem semper a tumultuosis cogitationibus et actibus inordinatis, sermonibus quasi in compositis educitur, qui sanari meretur. Digiti autem qui in aures mittuntur verba vel dona spiritus sancti sunt. De quo dicitur: Digitus dei est hic. Sputum autem divina sapientia est, quod solvit vinculum labiorum humani generis ut dicat: Credo in deum patrem omnipotentem et reliqua. Suspiciens autem in celum ingemuit, id est gemere nos docuit, et in celum thesaurum cordis nostri erigere, quia per gemitum compunctionis intime frivola leticia carnis purgatur. Apte sunt autem aures ad hymnos et cantica et psalmos. Solvit lingua, ut eructet verbum bonum, quod non possunt minae nec verba cohibere. **Glossa**.

Theophilus. In illis diebus iterum cum turba multa

Postquam per commixtionem superimmediatum de mu…